

Da 44



# Programm,

womit

zur öffentlichen Prüfung

aller Classen

des

Königl. kathol. Gymnasiums zu Conitz in Westpreussen,

welche

den 1. und 2. August 1836

gehalten werden soll,

so wie zu den

# Feierlichkeiten,

womit

das Geburtsfest

unsers erhabenen und höchst verehrten Königs,

*Friedrich Wilhelms III.,*

am dritten August

begangen wird,

die Eltern unserer Schüler, die Gönner und Freunde

des Schulwesens

ehrerbietigst einladet

der Director *Gahbler.*

---

CONITZ. 1836.

Gedruckt in der Buchdruckerei von Friedr. Aug. Harich.

WARSZAWA  
KSIĘGARNIA  
WARSZAWSKA

Wydawnictwo  
Książnica Mińska  
im. Kopernika  
w Toruniu

Wydawnictwo  
Książnica Mińska  
im. Kopernika  
w Toruniu

KSIĄZNICA MIŃSKA  
IM. KOPERNIKA  
W TORUNIU

~~Chopin~~  
Chopin

AB 1469

---

De nonnullis locis grammaticae latinae, ratione libri  
a C. Zumptio editi praecipue habita.

Ad artes atque literas, quae, postquam diu desertae ac paene derelictae jacuerunt, nostra memoria doctorum hominum sollertia et industria coli coeptae et mirifice auctae sunt, etiam grammaticae studium esse referendum, inter omnes constat. Nec mirum est in hoc studio esse elaboratum, si quidem recentiores grammatici praeclaro ingenio praediti, spretis alienis, quibus insisterent, vestigiis, e scriptoribus summa diligentia perlectis, et praeceptis superiorum grammaticorum subtili judicio examinatis, leges linguarum constituerunt. Quo factum est, ut non paucis vitiis, quae velut hereditate propagata sunt, exterminatis, hanc disciplinam ad sanio rem rationem revocarent. Neque tamen param adminiculi in hoc negotio perficiendo addiderunt critici, qui nec spinis nec salebris molesti operis deterriti, e codicibus diligenter comparatis genuinam librorum formam eruerunt, et multos locos corruptos, ubi librorum manuscriptorum auxilio fuerunt destituti, conjectura divinitus expediverunt. Accessit ad hoc singularis interpretum opera usum dicendi accurate exhibentium. Ac laetior quidem lux primum grammaticae graecae affulsit, unde, quum latina lingua e graeca ita sit nexa et apta, ut qui alteram ab altera dirimere conetur, tamquam animam a corpore divellere videatur, haud mediocris fructus ad latinam redundarit, necesse fuit.

In eorum autem numero, qui universam linguae latinae grammaticam amplexi sunt, multi enim singulis tantum partibus operam navarunt, vel imprimis C. Zumptius vir doctissimus habetur; qui quum ipse praecepta linguae latinae juventuti literarum studiosae multos per annos tradidisset, neque satis idoneos, quibus tum maxime utebantur adolescentes in hac disciplina perdiscenda, duces esse intellexisset, opus suo Marte effinxit, quod et captui tironum esset accomodatum, nec minus perspicuitate, quam copia rerum tractatarum commendaretur. Quanta vero hujus libri sit utilitas, et quantae necessitati eo edito sit subventum, vel ipsa ejus celebritas demonstrat. Sed quum campus hujus artis tam late pateat, cui perlustrando vires unius hominis vix sufficient, fieri non potuit, quin clarus auctor, alia paullatim mutaret, alia, quae aegre desiderabantur, adderet. Et quantum studii in limando castigandoque consumserit, testis est quaeque editio posterior, digna, quae jure ac merito auctior et emendatior appelletur.

Insunt tamen, quae non ab omni parte certa videantur, etiam in editione novissima. Quae cum in censuris, quarum inspiciendarum facultas mihi erat data, sint ommissa, statui, oblata hac scribendi opportunitate pro ingenii mediocritate paucis disserere, non spernendum laborem me suscepisse ratus, si mihi, ut unum alterumve libri utilissimi naevum tollerem, contigisset. Quam rem ut aggrederer, non parum fecit insignis viri doctrinae laude conspicui humanitas, qui tantum abest, ut hominum de schola optata fastidiat, ut etiam, quaecunque eorum observatio ad literas latinas rectius intelligendas contulerit, grato animo accipiat.

#### Videamus primum de supino.

§ 153 libri laudati, quo loco de formandis verbi temporibus agitur, non negligenda nota appositae est, supinum, quod ad thematica, quae vocantur, refertur, et participia perfecti passivi, futurique activi ab eo vulgo deducta, non ita inter sese cohaerere, ut fere perfectum et plusquamperfectum; id enim a recentioribus exemplo Romanorum grammaticorum ita esse institutum, quo facilius, quomodo in illis participiis immutetur forma verbi primitiva, intelligatur; opinor etiam, quod supinum tam-

quam medium inter participium perfecti passivi et futuri activi teneat<sup>1)</sup>. Ibidem infra eorum, qui lexica concinnant, incuria notatur. Ac sane in lexicis praeter praesens et perfectum verborum activorum, etiam participium perfecti passivi et futuri activi, praetereaque supinum, non solum prius, sed etiam secundum, si in usu fuerunt, sunt consignanda. Neque enim satis est prius supinum attulisse, quum vix reperias verbum, cujus utrumque supinum sit positum (nisi forte in illo Catonis R. R. c. 5. „Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat,“ praecepto) diversa prioris secundique supini, quod in syntaxi docetur, indole et structura. Non minus peccant lexicorum conditores, deponentium tantum praesens et perfectum commemorantes, quasi eorum supina per se intelligantur. Sed quotumquodque deponens est, cujus supinum frequentatur! Equidem perfectis pluribus rerum scriptoribus, quorum nomina exemplis adposui, haec deponentium supina usurpari cognovi.

Aquatium Caes. de bell. Gall. VIII, c. 40. auct. de bell. Afric. c. 7. Sallust. Jugurth. c. 93.

contuitu Justin. V, 12.

deprecatum Justin. t. XXXVII, c. 1.

frumentatum Caes. de bell. Gall. III, 32. VI, 36. VIII, 10. bell. Afric. c. 11. Sallust. Jug. c. 56.

gratulatum Caes. de bell. Gall. I, 30.

pabulatum Caes. de bell. Gall. VII, 18. VIII, 10. 17. de bell. civil. I, 40. 48. 81.

praedatum Nep. Alcibiad. c. 8. Liv. hist. I, 54. II, 11. Justin. XXII, 5.

questum Sallust. Jug. c. 20. Livius III, 25.

sciscitatum Gell. XII, 13.

---

1) de participio perfecti passivi pro supino in thematicis ponendo nuper monitum est in libro, qui inscribitur:

Etymologische Forschungen auf dem Gebiete der Indo-Germanischen Sprachen u. s. w. von Dr. Aug. Friedr. Pott pag. 30.

speculatum Sall. Jugurth. c. 107. Curtius IV, 10. Liv. hist. XL, 30.

tutum Sall. Jugurth. c. 102.

ultum Sall. Jugurth. c. 68 et quae Zumpt. laudat § 669.

Ceterum non dubito, quin apud alios scriptores etiam aliorum deponentium supina reperiuntur. At si quis in disceptationem vocarit, utrum participium perfecti an supinum principale sit habendum, participium perfecti iudicem. Dicam cur ita putem. Primum, quod participium perfecti multo frequentius legitur, quam supinum; tum quod Romani participio perfecti non facile carere potuerunt, supini vero usus, quum omnino<sup>2)</sup>, tum in periphrasi infinitivi futuri passivi<sup>3)</sup> est rarior. Maxime autem hac re ad illam sententiam adductus sum, quod supinum a plurimis verbis neutris abest, quippe quae solam tertiam passivi personam singularem, et etiam hanc perraro admittant<sup>4)</sup>, quum tamen, quominus supinum et participium futuri activi formetur, nisi illam legem Latini secuti sint, nihil obstat. Huic rationi ne illud quidem adversatur, quod participio perfecti plerumque vis passiva subijcitur. Namque in participio perfecti deponentium, semideponentium, nonnullorumque aliorum verborum inesse potestatem activam, quisque vel me non monente perspectum habet<sup>5)</sup>. Necum etiam Priscianus princeps grammaticorum Romanorum facit, apud quem in institut. grammatic. lib. VIII, c. 9. § 47 edit. Krehl. vol. I, p. 395 haec sunt verba:

„Praeterea ex forma participiorum praeteriti temporis duae terminationes inveniuntur, quarum prior in um, altera in u finitur.

Ibid. § 49.

Supina vero nominantur, quia a passivis participiis, quae quidam supina nominaverunt, nascuntur.“

In syntaxis § 668 ita praecipitur: ambo supina sunt accusativus<sup>6)</sup> et ablativus antiqui substantivi verbalis quartae declinationis, qui casum verbi adsciscunt; videtur

2) vid. Zumpt. § 668, 69, 70.

3) Zumpt. § 594 infra.

4) Zumpt. § 144.

5) § 632. 32.

6) Stallbaum in editione institut. grammat. lat. Thomae Ruddimanni part. II p. 256 not. 75 negat prius supinum esse substantivum verbale.

praecipendum „quorum prius casum verbi adsciscit“ nam exemplum supini secundi cum casu verbi structi, quocumque oculos circumtulit, reperire non potui. Porro docetur, supinum in um desinens jungi verbis motus, additurque, huic constructioni similem esse: nuptum dare: huic adspere: nuptum tradere Justin. XLIII, 3 et nuptum collocare Caes. de bell. Gallic. I, 18.

Tum commemoratur, a scriptoribus supini loco potius accusativum gerundii cum praepositione ad, vel genitivum gerundii subjecto causa, vel participium futuri activi poni. Sed postrema struendi ratio duabus prioribus est multo rarior. Hae constructiones tum maxime praefertur, quum verbum ex motus verbo pendens est transitivum; omnino vero saepius supinum intransitivorum, vel transitivorum ea conditione poni videtur, ut objectum peculiari enunciato contineatur. Quo magis id appareat, apponam exempla e scriptoribus supra commemoratis enotata.

A, supina sine accusativo.

Nepos: Miltiad. c. 1, deliberatum. Themistocl. c. 2, consultum. c. 8, habitatum. Alcibiad. c. 8, praedatum. Conon c. 2, bellatum. Chabrias c. 3, questum. Datames c. 3, exploratum. c. 4, venatum. Eumen. c. 6, consultum. c. 8, hiematum bis.

Caes. de bell. Gall. I, 18, nuptum collocasse. c. 30, gratulatum. c. 37, questum. IV, 32, frumentatum. V, 36, rogatum. VI, 32, oratum. c. 36, frumentatum. VII, 18, pabulatum. VIII, 10, pabulatum frumentatumque. c. 17, pabulatum. c. 40, aquatum.

De bell. civil. I, 40, 48, 81, pabulatum.

Auct. de bell. Alexandr. c. 34 et 67 oratum.

Auct. de bell. Afric. c. 7, aquatum. c. 11 et 67, frumentatum.

Justin. hist. Philip. XVII, 3, nuptum dedit. XX, 5, praedatum. XXX, 2, questum. XXXVII, 1, deprecatum. XXXXIII, 3, nuptum tradere.

Sallust. Jugurth. c. 20, questum. c. 24, oratum. c. 54, exploratum. c. 56, frumentatum. c. 83, postulatatum. c. 93, aquatum. c. 100, excubitum. c. 105, exploratum. c. 108, nunciatum. c. 109, quaesitum.

Curtius IV, 10, speculatum.

Pro numero verborum motus adhibitorum supinum apud Justinum invenitur raro, rarius etiam apud Curtium, apud Vellejum Paterculum vero nusquam.

**B, supina cum accusativo.**

Nepos Dion c. 5, imperium oppugnatum. Chabrias c. 2, Nectanabin adjutum — eos adjutum. Eumenes c. 3, Aegyptum oppugnatum. c. 6, Macedoniam repetitum. Timoleon c. 2, tyrannos adjutum. Hannibal c. 6, patriam defensum.

Caes. de bell. Gall. I, 11, rogatum auxilium. c. 31, auxilium postulatum. V, 26, castra oppugnatum. VII, 5, subsidium rogatum. VIII, 4, auxilium petitum.

auct. de bell. Afric. c. 22, auxilium efflagitatum.

Justin. XVIII, 7, non expugnatum sed recuperatum patriam. XXXVIII, 3, auxilium petitum. c. 5, ultum se. c. 7, quas expugnatum.

Sallust. Jugurth. c. 28, regnum ipsumque deditum. c. 77, amicitiam societatemque rogatum. c. 80, foedus et amicitiam petitum. c. 102, regnum tutatum. c. 103, obsessum turrim. c. 107, exploratum Bocchi consilia.

Curtius X, 8, temeritatem armis ultum ire.

Ex horum exemplorum numero iis, ubi ultum ire nihil aliud est, nisi ulcisci, exemtis, et ratione locorum sub litera A allatorum inita, nemo me illud temere jactasse dicet. Jam vero mihi reputanti pensitantique ea exempla, ubi verba motus vel cum participio in dus desinenti pro gerundio, vel cum relativo sive ut et cum conjunctivo, vel cum participio futuri activi structa sunt, quae cuncta recensere longum est, non multum abhorrere probatum est supini constructionem a gerundio, in constructionem passivam mutato, si accusativum flagitat. De supini prioris usu apud Livium decidere non ausim, cujus non omnes libros in hunc finem pervolverim. Verum, nisi me fallit, promiscue ponit supinum vel cum accusativo vel sine



accusativo, etiam in hac re aequae atque in gerundii structura ab aliis scriptoribus abhorrens<sup>7)</sup>. Ceterum hanc rem omnibus demum omnium scriptorum, qui oratione numeris non adstricta nisi sunt, libris perlectis et comparatis ad liquidum perducere posse, libenter fateor. Itaque doctorum sit iudicium, num quid dixerim. Nonnulla verba motus etiam cum infinitivo strui, in illo capite non praetermittenda, ostendit *Gahbler*, vir linguae latinae apprimè gnarus, qui hoc gymnasium moderatur, in censura editionis hujus libri novissimae<sup>8)</sup>.

§ 670 enucleatus est usus supini secundi. Sed haud scio, an ibi non commemorandum sit paucis, de passivo hujus supini significato. Priscianus quidem sub utroque supino potestatem passivam esse subjiciendam docet<sup>9)</sup>. Ab hac sententia discrepat *Linacrus*<sup>10)</sup> grammaticus, quum dicit „Accusativus in tum vel sum passive non legitur, nisi fortasse a talibus verbis, cujusmodi est vapulo, ut in Plauti exemplo *Aulul. act. III, scen. 3*: „coctum ego, non vapulatum dudum conductus sum;“ aut ante infinitum *iri*<sup>11)</sup>.“ *Linacro*, supinum in um exiens passive poni neganti, adstipulatur *Voss. Annal. III, 12*, improbante *Ruddimanno*<sup>12)</sup>, qui ita praecipit: et supinum quidem prius active, posterius vero passive plerumque significat<sup>13)</sup>. His igitur comparatis, antiquiorum grammaticorum verba huc redeunt, ut supino priori nunquam nisi in illo Plautino exemplo, posteriori plerumque notio passiva adtribuenda

---

7) vid. *Zumpt. § 656* extrem.

8) vid. *Zeitiner Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik, Jahrgang 1835, Novemberheft p. 804.*

9) vid. *Prisciani institut. grammat. vol. I, lib. 8, § 49* extr.

10) vid. *Linacri de emendata structura latini sermonis lib. IV, p. 321 et 322* edit. *Lips. 1559.*

11) Contra haec *Stallbaum ad Ruddimanni instit. grammat. part. II, p. 258* not. 8f recte: ne in his quidem supinum passivam notionem continet, ut quae insit potius infinito *iri*.

12) cfr. *institut. grammat. pars I, p. 308, not. 41.*

13) A *Ruddimanno* stat etiam *Ramshorn* in *grammat. latin. § 170.*

sit. Hanc de supino secundo sententiam Buttmannus quoque comprobare videtur in grammatica graeca § 140, 3 exponens, infinitivum activum ex adjectivis, quae Romani cum supino altero struere soleant, pendentem simili ratione permultis locis passive esse accipiendum. Neutiquam a supino secundo notio passiva aliena existimanda, quum nonnulla adjectiva vulgo cum hoc supino juncta apud poëtas aureae, nec minus apud scriptores pedestres argenteae aetatis infinitivum passivum supini posterioris loco positum non adspiciuntur. Ita est in illo Quintilianii exemplo:

Lyricorum Horatius fere solus legi dignus.

Horat. Serm. l. I, 4 v. 3 „si quis erat dignus describi.

ibid. v. 24. 25 „quod sunt, quos genus hoc minime juvat, ut pote plures culpari dignos.

Plinius l. XIX, 4 acetaria facilia concoqui.

Denique non absurdum sit, illi capiti notam de natura accusativi et ablativi supinorum in usum tironum adspargere. Revolvamur rursus etiam hac in re ad Priscianum, tamquam caput et fontem omnis de grammatica latina disputationis, apud quem in l. VIII, c. 9 § 47 et 48 haec leguntur:

„Videtur tamen hoc quoque quasi ipsius rei esse accusativus, et sine praepositione proferri. Quod quasi ad locum habet significationem, quemadmodum propria nomina civitatum, quae, cum ad locum significant, carent praepositione. Sequens vero forma, quae in u terminat, ablativus mihi videtur ipsius nominis, quo ipsa res significatur, carens similiter praepositione.“

Hanc rem assensu suo excipit Ruddimann. l. I, part. II, p. 257 not. 77 praepositionem suppressam esse statuens. At Stallbaum ibidem vere judicat, accusativum et ablativum jam natura sua eas rationes indicare, quas praepositiones accuratius et clarius definire soleant. Ramshorn l. I, p. 655 supinum in u terminans ablativum

modi esse vult. Ablativum supini non inepte interpretaberis per: quod affinet ad eam actionem, quae verbo continetur. Haec de supino dicere habuimus.

§ 481 traditur, substantivum *locus*, praecedente adjectivo, sine praepositione *in* strui; contra, si locus regionem sive tractum notet, praepositionem non facile omitti. At non desunt exempla, praepositionis *in*, ante substantivum *locus* hoc significatu usurpatum, neglectae. Huc refer Caes. de bell. Gall. IV, 1:

Atque in eam se consuetudinem adduxerunt (Suevi), ut locis frigidissimis, neque vestitus, praeter pellis, habeant quidquam. etc.

Auct. de bello Alexandr. c. 35.

His responsis datis, cum iis copiis, quas supra scripsi, profectus est in Armeniam, locisque superioribus iter facere instituit.

Auct. de bell. Afric. c. 73.

Copias enim habebat in Gallia, bellare consuetas locis campestribus.

His exemplis diligentius inspectis, nemo dubitabit, quin loca ibi sint tractus.

§ 540 praeter *non dubito, non est dubium* ita positum, ut negans particula, quae in conjunctione quin inest, abundet, commemorandum est, *non ambigo*; sic est apud Livium hist. 7, II, 1.

Neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriae, superbo exacto rege, meruit, pessimo publico id facturus fuerit etc.

§ 579 Zumpt. disputat, *quum* temporale, ubi non narratur, strui cum indicativo, idem, quod eo tempore *quum*, sive *tum*, *quum* valens, ita quidem, ut *tum* saepenu-mero expressum sit. Sed vereor, ne ii, qui hoc legent, et exemplorum ibi prolatorum secundum et tertium respicient, existiment, *quum* in narratione cum conjunctivo positum, non excipi correlativo *tum*. Quod, quum optimorum scriptorum auctoritate nitatur, cave credas a lingua latina abhorrere. Ita reperitur apud Cic. epistol. ad Divers. XV, 2.

Quum ego ei gratulatus essem, idque me gaudere dixissem, tum a me discessit in oppidum Cybistra. Liv. hist. I. I, 54.

Ibi, quum inscia multitudine, quid ageretur, proelia parva inter Romanos Gabiosque fierent, quibus plerumque Gabina res superior esset; tum etc.

Hoc loco obiter commemorabo, *tum* non solum antecedenti *quum*, sed etiam conjunctioni *postquam* respondere, ut est apud Liv. hist. I. I, 54.

Itaque, postquam satis virium collectum ad omnes conatus videbat, tum e suis unum sciscitatum Romam ad patrem mittit. etc.

§ 653 non videtur omittendum, *dare* non solum cum participio in *du*s desinenti, sed etiam cum accusativo gerundii, praegressa praepositione *ad* construi. cfr. Cic. pro Roscio Amer. c. 21. Quid mihi ad defendendum dedisti?

§ 807 auctor doctus docet, conjunctiones *neque* et *nec* poni pro *et*, ea lege, ut negationem enuntii qualemcunque excipiant, modo ne ad unum vocabulum singulare, ut in antithesi referantur. Velim, vir doctus omiserit illud: „modo ne ad unum vocabulum singulare enuntii referantur;“ contra hoc enim multa exempla repugnant. vid. Nep. Agesil. c. 4.

Neque hoc solum in Graecia fecit, sed etc.

Eumen. c. 2. Neque vero hoc ille solus fecit, sed ceteri quoque omnes.

Phocion. c. 2. Neque ita multo post Nicanor Piraeo est potitus.

De regibus c. 3. Neque ita multo post Seleucus a Ptolemaeo interfectus est.

Caesar. de bell. Gall. V, 14. Neque multum a Gallica differunt consuetudine. *ibid.* VIII, 52. Neque hoc tantum pollicitus est, sed etiam etc.

Vide praeterea Nep. Attic. c. 8 et c. 17. Caesar. de bell. civil. III, 101. Auct. de bell. Alex. c. 58. Liv. hist. I, c. 13, 32, 49. II, 6. Justin. hist. Phil. II, 2, 5, 15. V, 2. Sallust. Catil. c. 19. Jugurth. c. 4.

Hic animadvertendum est, verba enuntiati plerumque ita collocari, ut conjunctio *neque* sive *nec* ab eo vocabulo, ad quod refertur, quam proxime absit.

Haec mihi monenda visa sunt in hoc libro utilissimo. Quo duce, si adolescentes literarum studiosi, caeteris, quae iis suppeditari solent, praesidiis muniti, ad scriptores latinos legendos accesserint, non dubito, quin venustissima illa ingenii monumenta, quibus, dum genus humanum ad animi cultum adspirabit, non deerit honos, eo, quo par est, fructu atque admiratione sint amplexaturi.

*D z i a d e k.*





## Schul - Nachrichten.

### A. Lehrverfassung.

- a. Religionsunterricht 1) für die katholischen Schüler Religionslehrer *Thamm* in VII und VI. 2 St. w. Gottes Dasein; Eigenschaften Gottes; die erschaffenen Dinge; die heil. Sacramente: die Taufe, Firmung, das h. Sacrament des Altars und die Busse. Biblische Geschichte des alt. Test.
- In V. 2 St. w. Glaubenslehre: Dasein Gottes, Offenbarung, Bibel und Erblehre; Eigenschaften Gottes; Schöpfung, Vorsehung, Sündenfall der ersten Menschen; die Lehre über die ersten fünf h. Sacramente. Biblische Geschichte des alten Testaments.
- In IV. 2 St. w. Glaubenslehre: vom Dasein und von den Eigenschaften Gottes; von der heil. Schrift und Erblehre; von der Kirche, Gemeinschaft der Heiligen und von den heil. Sacramenten. Biblische Geschichte des neuen Test.

In III. 2 St. w. Glaubenslehre: Begriff und Eintheilung der Religionslehre; Offenbarung überhaupt; die Erkenntnismittel der Lehre Jesu; die Lehre über Gott; über das Verhältniss der Welt zu Gott und über das Verhältniss des Menschen insbesondere zu Gott; von der Gnade und den Gnadenmitteln.

- II. 2 St. w. Glaubenslehre nach Siemers.

- I. 2 St. w. Wiederholung der Glaubenslehre; insbesondere die Pflichtenlehre nach Siemers.

2) Für die evangelischen Schüler Rector *Kroll* in VII, VI, V und IV. und Pfarrer *Annecke* in III, II und I.

- VII und VI. Erklärung der Hauptstücke des luth. Katechismus nach Dinters Lehrweise und biblische Geschichte des alt. Test. nach Küsters Lehrbuch.

- V. Allgemeine Religionslehre bis incl. der Pflichtenlehre, mit besonderer Berücksichtigung der drei ersten Hauptstücke, abwechselnd mit der Erklärung der biblischen Bücher des neuen Test., nach Dr. Spieckers Lehrbuch.

- IV. Christliche Glaubenslehre nach Dr. Niemeyer's Lehrbuch, abwechselnd mit der Reformations-Geschichte. Aus dem Vortrage wurden Themata zur schriftlichen Bearbeitung entlehnt.

- III. Religionsgeschichte in einem kurzen Entwürfe bis auf Luthers christliche Sittenlehre.

- II. Das Evangelium Matthäi exegetisch erklärt. Glaubenslehre nach Niemeyer.

- I. Das Evangelium Matthäi und der erste Brief Pauli an die Römer exegetisch erklärt. Christliche Glaubenslehre nach Niemeyer. Kirchengeschichte nach Engelhardt bis auf die gnostischen Secten.

b. Latein in VII. 2 St. w. Declinationen und Leseübungen. Gym. Lehr. *Haub.*

- In VI. 6 St. w. Formenlehre, nebst dem Geschlechte der Hauptwörter. Aus Ellendt's Lesebuch übersetzt bis S. 25. Dabei wurden die Schüler mit den Satztheilen bekannt gemacht. Gymn. Lehr. *Kattner*.
- V. 6 St. w. Wiederholung der Formenlehre und Geschlechtsregeln; Verbindung der Redetheile zum Satze; Gebrauch des Relativums, das Nöthige von den Städtenamen, der abhängige und unabhängige Infinitiv, nebst den Praepositionen, Praeterita und Supina, Deponentia. Aus Ellendt übersetzt von S. 10 bis 41. Gymn. L. *Kattner*.
  - IV. 11 St. w. Davon 2 St. Grammatik: rectio casuum. 2 St. Uebersetzung aus August's praktischer Anleitung und 1 St. w. Exercitien. G. L. *Haub*, 4 St. Corn. Nepos bis Pelopidas. G. L. *Nieberding*. 2 St. Phaedrus von 1. bis 4. Buch mit Auswahl. O. L. *Lindemann*.
  - III. 8 St. w. Davon 1 St. Grammatik nach Zumpt, vom Gebrauch der Tempora bis zur Syntaxis ornata. 1 St. Uebersetzen aus August's Anleitung. 2 St. Verbesserung der zu Hause gefertigten Exercitien. 2 St. Curtius lib. III und lib. IV zur Hälfte. O. L. *Junker*. 2 St. Ovidii Trist. aus lib. I. 1 bis 7 und 10. Darauf Metamorphos. lib. I, mit besonderer Berücksichtigung der prosodischen Regeln. O. L. *Dziadek*.
  - II. 9 St. w. Davon 2 St. Cic. pro Roscio Amerino und pro Ligario Uebersetzung deutsch, Erklärung lateinisch. 1 St. Grammatik nach Zumpt cap. 76 bis 83 und cap. 87. 1 St. Exercitien, meist freie Ausarbeitungen über historische Gegenstände, Extemporalien und metrische Versuche; 1 St. Uebersetzen aus Weber's Uebungsschule, im 1. Theil Stück 10 bis 35, darauf 59 bis 65. O. L. *Dziadek*. 2 St. Livii libb. 25, 26 und vom 27. cap. 12. O. L. *Junker*. 2 St. Virg. Aen. lib. I. — IV. deutsch übersetzt, lateinisch erklärt. O. L. *Lindemann*.
  - I. 7 St. w. Davon 2 St. Tacit. Annal. libb. I, II. und III. nicht beendigt. 2 St. lat. Ausarbeitungen und Grammatik. Dir. *Gahbler*. 1 St. Extemporalien. O. L. *Junker*. 2 St. Horat. odar. lib. IV. mit Auswahl; die 1., 2., 7. u. 9.



Epode; von den Briefen des 1sten Buches 1, 2, 4, 7, 10, 15, 17 und 19. Uebersetzung deutsch, Erklärung lateinisch. Einiges von dem Gelesenen wurde memorirt. O. L. *Dziadek*.

c. Griechisch in IV. 4 St. w. Etymologie bis zum Verbo auf *mi*. Uebersetzung aus Fr. Jacobs Lesebuch aus dem ersten Cursus, und einiger Stücke aus dem 2. Cursus. Ferner Uebersetzen aus dem Deutschen ins Griechische, nach Hess und Vömel. Auswendiglernen der Vocabeln. O. L. *Dziadek*.

In III. 5 St. w. Im Wintersemester § 81 — 110 und § 114 Buttmann mittl. Schulgram., im Sommersemester Wiederholung der Formenlehre bis § 106 nebst den Verb. in *mi*. 2 St. w. Alle 8 Tage wurde ein Exercitium abgeliefert und corrigirt in 1 St. w. Gymn. L. *Nieberding*. Xenoph. Anabasis lib. III. cap. 1 — 3 bis lib. IV cap. 3. *Derselbe*.

- II. 5 St. Davon 2 St. w. Homer's Odyss. Buch 12, 13 und 14, Uebersetzung deutsch, Erklärung lateinisch. O. L. *Dziadek* 1 St. w. Wiederholung aus Buttm. mittl. Schulgrammatik § 81 — 110 nebst § 114. Darauf Syntax von § 122 — 134. Alle 14 Tage wurde ein Exercitium abgeliefert. 2 St. w. Plutarchi vitt. der beiden Gracchen, des Philopoemen und die vita des Brutus bis cap. 34. Die Uebersetzung in deutscher, die Erklärung in lateinischer Sprache. Gymn. L. *Nieberding*.

- I. 6 St. w. Davon 2 St. w. Homer's Iliade Buch 1 — 4. Uebersetzung deutsch, Erklärung lateinisch. O. L. *Lindemann*. 2 St. w. Plato's Laches, darauf Sophocles Antigone bis Vers 943. Uebersetzung deutsch, Erklärung lateinisch. 1 St. w. Syntax des Verbi § 134 bis § 148 nach Buttmann mittl. Schulgramm. 1 St. w. Einübung der Regeln durch Beispiele aus Rost's und Wüstemann's Anleitung, 4r Cursus, ausserdem Exercitia. O. L. *Dziadek*.

d. Hebräisch in III. 2 St. w. Grammatik und Uebung im Lesen. Religions-Lehrer *Thamm*.

- In II. 2 St. w. Uebersetzen aus Gesenius Lesebuch, nebst Wiederholung der Elementarlehre und Erklärung der Formenlehre. *Derselbe.*
- I. 2 St. w. Uebersetzen aus Gesenius Lesebuch einiger leichter und schwerer Stücke, nebst Anwendung der Syntax und Wiederholung der Formenlehre. *Ebenderselbe.*
- c. Französisch in III. 2 St. w. Formenlehre mit Einschluss der unregelmässigen Verben; die Wortfügung von § 41 — 49 nach Leloup. Uebersetzen aus Gedike's Lesebuch 12 Stücke. Gymn. L. *Kattner.*
- In II. 2 St. w. Wiederholung der Formenlehre mit Einschluss der unregelmässigen Verben. Wortfügung § 46 — 50 lit. B. nach Leloup. Aus Ideler's und Nolte's Lesebuch übersetzt: Des preuves que la nature fournit de l'Existence de Dieu. v. Fénelon. Discours academique sur le travail. v. Patru. Fragmens sur Auguste v. Saint Real. *Derselbe.*
- I. 2 St. w. Von der Rection des Verbuns, die Lehre vom Gebrauch des Indicativs, des Subjonctivs und der Zeiten, nach Leloup. Aus Ideler und Nolte übersetzt und erklärt: Ode sur le tems v. Thomas. Le jugement dernier v. Campistron. *Ebenderselbe.*
- f. Deutsche Sprache in VII. 6 St. w. Uebungen im Lesen, Anfänge der Sprachlehre und orthographische Uebungen. Gymn. L. *Haub.*
- In VI. 7 St. w. Davon 5 St. w. Sprachlehre nach Heyse's Leitfaden, orthographische Uebungen, Lese-Uebungen. Gymn. L. *Haub.* 2 St. Vortrags-Uebung. G. L. *Ossowski.*
- V. 6 St. w. Die Declination des Hauptwort's, Beiwort's, Fürwort's, Zahlwort's und Zeitwort's, und Gebrauch desselben nach Heyse. Declamations-Uebung. Gymn. L. *Kattner.*

- In IV. 4 St. w. Grammatik, Lesen, Declamiren, Correctur der schriftlichen Arbeiten. Gymn. L. *Rehaag*. *Stadtbibliothek Ebn*
- III. 3 St. w. im Winter: vom Periodenbau der deutschen Sprache nach Herling — Prosodie und Metrik nach Dilschneider. — Im Sommer: vom Periodenbau der deutschen Sprache nach Herling wiederholt und Erklärung auserlesener poetischer Stücke, nebst Uebung im Vortrage. Alle 14 Tage bis 3 Wochen wurde ein Aufsatz geliefert. Gymn. L. *Nieberding*.
- II. 3 St. w. Literatur-Geschichte 1 – 3 Periode, nach Koberstein, Poetik nach Dieckhoff. Uebungen im mündlichen Vortrage. Correctur der Aufsätze. O. L. *Lindemann*.
- I. 3 St. w. Literatur-Geschichte 7te Periode, nach Koberstein. Rhetorik. Uebungen im mündlichen Vortrage. Correctur der Aufsätze. *Derselbe*.
- g. Philosophische Propädeutik in I. wöch. 1 Stunde empirische Psychologie, nach Biunde. O. L. *Lindemann*.
- h. Geschichte und Geographie in VII. im Winter in der Geographie in 1 St. w. mit VI. combinirt und in einer besonderen Erläuterung der nothwendigsten Vorbegriffe und Uebersicht Europa's. Im Sommer combinirt mit VI. Gymn. L. *Nieberding*. In den Geschichts-Stunden ebenfalls mit VI. combinirt.
- In VI. 2 St. w. Biblische Geschichte des alten Test. O. L. *Junker*. 2 St. w. Geographie: Erläuterung der geographischen Vorbegriffe. Uebersicht von Africa, America und Europa und Geographie des westlichen Europa bis Italien. G. L. *Nieberding*.
- V. 2 St. w. Geschichte: Biographien und Schilderungen aus der Geschichte des Alterthums. O. L. *Junker*. 2 St. w. Geographie: Uebersicht Asiens, Africa's, America's und Australiens, darauf Erläuterung der Vorbegriffe aus der mathematischen und physischen Erdkunde, sodann Europa bis zum Königreich Preussen incl., nach eigenem Leitfaden. Gymn. L. *Nieberding*.

- In IV. 3 St. w. Geschichte des Alterthums bis zur Auflösung des weströmischen Reiches, 476. O. L. *Junker*. 2 St. w. Geographie: Uebersicht von Asien, Africa, America und Australien, darauf Erläuterungen der Vorbegriffe aus der mathematischen physischen und ethnographischen Erdkunde, Ozeanbeschreibung nebst Uebersicht von Europa, nach eigenem Leitfaden. Gymn. Lehrer *Nieberding*.
- III. 3 St. w. Geschichte der Neuzeit von 1492 bis auf die jetzige Zeit. O. L. *Junker*. Geographie 2 St. w. orographische und hydrographische Uebersicht der Halbinseln und Inseln Europa's, nebst der politischen Geographie von Portugal, Spanien, Frankreich, Italien, Schweiz, britischen Reich, Belgien, Holland, Schweden, Norwegen und Dänemark, nebst einem Theile von Deutschland. Gymn. L. *Nieberding*.
- II. 3 St. w. Geschichte des Alterthums I. bis 3. Periode. O. L. *Lindemann*.
- I. 3 St. w. Geschichte des Mittelalters. *Derselbe*.
- z. Naturwissenschaften. a) Naturgeschichte in VII und VI. 2 St. w. die nothwendigsten Vorbegriffe zur Zoologie. G. L. *Haub*.
- In V. 2 St. w. Insecten und Crustenthiere. *Derselbe*.
- IV. 2 St. w. Säugthiere. *Derselbe*.
- III. 1 St. w. Terminologie und Systemkunde der Botanik, darauf die unteren Thierklassen. *Derselbe*.
- I. 1 St. w. Wiederholung der Mineralogie, Botanik und einiges aus der Zoologie. *Ebenderselbe*.
- b) Physik in II. 2 St. w. Lehre von der Luft, Akustik, Electricität und Magnetismus. Gymn. L. *Rehaag*.
- In I. 2 St. w. Chemische Wirkungen der Körper auf einander; vom Lichte und vom Weltgebäude. Dir. *Gahbler*.

6. Mathematik in VII und VI. 5 St. w. Die 4 Spezies in unbenannten und benannten Zahlen, Anfänge der Lehre von den Brüchen. Gymn. L. *Rehaug*.

In V. 5 St. w. Die Lehre von den Brüchen. Einfache und zusammengesetzte Proportionsrechnungen. *Derselbe*.

- IV. 4 St. Geometrie: die ersten 4 Abschnitte nach Mathias Leitfaden. Arithmetik: die schwierigeren Proportionsrechnungen, Anfänge der Buchstabenrechnung. *Derselbe*.

- III. 4 St. Geometrie: die ersten 5 Abschnitte nach Mathias. Arithmetik: die vier einfachen Operationen mit allgemeinen Zahlzeichen; Gleichungen des ersten Grades mit einer und mit mehreren Unbekannten. *Ebenderselbe*.

- II. 4 St. w. Stereometrie. Arithmetik nach Mathias: von der allgemeinen Rechnung mit Potenzen und Wurzeln von § 69. zur Anwendung der Potenzrechnung auf Producte aus Binominalfactoren und auf die Darstellung eines Bruches von der Form  $\frac{1}{1+x}$  oder  $\frac{1}{1-x}$  in einer Reihe § 151. Von den arithmetischen Proportionen und vorläufigen Begriffen der arithmetischen Reihe § 180. bis zu den arithmetischen Reihen § 245. Einfache und quadratische Gleichungen. *Dir. Gahbler*.

- I. 4 St. w. Trigonometrie. Anwendung der Potenzrechnung auf Producte aus Binominalfactoren und auf die Darstellung eines Bruches  $\frac{1}{1+x}$  in einer Reihe; das Newton'sche Theorem; Rechnung mit imaginären Grössen; arithmetische und geometrische Reihen; vom Ursprunge der Logarithmen, ihren Eigenschaften und ihrem Gebrauche, die quadratischen, cubischen und diophantischen Gleichungen. Aufgaben. *Derselbe*.

7. Zeichnen in VII und VI. die Formenlehre, in V. Wiederholung der Formenlehre und Zeichnung regelmässiger Polygone. In IV, III, II und I. Handzeich-

nungen nach Vorlegeblättern in schon bekannter Stufenfolge, 2 St. w. in jeder Classe. Hilfslehrer *Ossowski*.

m. Das Schönschreiben lehrt derselbe in VII, VI und V. in jeder Classe 2 St. w. nach Heinrichs Vorschriften.

n. Gesang-Unterricht in VII und VI. Kenntniss der Noten und verschiedener Pausen, Haupt- und Nebentöne, Durtöne und Taktarten, verschiedene Uebungen im Tontreffen, wie auch einstimmige Choralgesänge. 2 St. wöch. Hilfslehrer *Ossowski*.

In V. Singübungen im Tontreffen, zweistimmige Gesänge, Choräle und Gesellschaftslieder, Dur- und Molltöne, Taktarten und alle üblichen Tonbezeichnungen, welche zum Gesange gehören. 2 St. w. *Derselbe*.

- IV, III, II und I. verbunden mit den besten Sängern aus V und VI. grössere vierstimmige Singstücke mit und ohne Musikbegleitung. 1 St. w. *Derselbe*.

---

## Höhere Verordnungen.

---

Die Schul-Programme sollen sogleich nach der Herausgabe derselben, spätestens aber 8 Tage nach Ablauf der Prüfung an das Königl. Provinzial-Schul-Collegium befördert werden. Auch wird in Erinnerung gebracht, dass nur durch das Königl. Provinzial-Schul-Collegium die Schul-Programme an das Königl. Ministerium der geistlichen, Unterrichts- und Medizinal-Angelegenheiten gelangen sollen.

Königsberg, den 26. November 1835.

Das Bischöfl. Culmsche Consistorium macht die Mittheilung, dass das hohe Staatsministerium aus Rücksicht auf das durch den Mangel an katholischen Priestern gefährdete Bedürfniss der katholischen Kirche des Preussischen Staates beschlossen hat, dass junge Männer katholischer Confession, die auf Gymnasien, Universitäten und in den Priesterseminarien sich für den Priesterstand vorbereiten, bei der Heeres-Ersatzaushebung bis zum vollendeten fünf und zwanzigsten Lebensjahre zurückgestellt bleiben sollen; dass aber solche, die mit Ablauf des fünf und zwanzigsten Lebensjahres die an den geistlichen Stand unwiderruflich bindende Subdiaconats-Weihe noch nicht empfangen haben, sofort in die allgemeine Militär-Pflicht zurückfallen und diese vollständig erfüllen müssen, welcher Beschluss vorerst fünf Jahre massgebend sein wird.

Pelplin, den 27. November 1835.

Das Königl. Ministerium hat verordnet, dass die Artikel 1, 2 und 4 des Bundesbeschlusses vom 14. November 1834, welcher durch die Gesetzsammlung vom Jahre 1835 Nro. 28. Seite 287 — 289 bekannt gemacht worden ist, durch eine unter die Abiturienten-Zeugnisse zu setzende darauf verweisende Notiz in Erinnerung gebracht und von den Directoren der Gymnasien die Abiturienten auf die Beachtung der erwähnten Artikel, so wie auch darauf aufmerksam gemacht werden, dass die Vorlesungen des Sommer-Semesters bei den Universitäten in Berlin, Bonn, Breslau, Greifswalde und Halle und bei der academischen Lehranstalt in Münster am ersten Montage nach dem Sonntage Jubilate; bei der Universität in Königsberg aber am ersten Montage nach dem Sonntage Misericordias Domini und die Vorlesungen des Winter-Semesters bei sämmtlichen Universitäten und der academischen Lehranstalt in Münster am ersten Montage nach dem 18. October eines jeden Jahres vorschriftsmässig ihren Anfang nehmen.

Das Königl. Provinzial-Schul-Collegium bringt diese Anordnung zur Kenntniss des Gymnasiums, um sich darnach pünktlich zu achten,

Königsberg, den 26. Februar 1836.

Der Regierungs-Medizinal-Rath Dr. *Lorinser* in Oppela hat in dem ersten Stücke der von dem Verein für Heilkunde in Preussen herausgegebenen medizinischen Zeitung d. J. einen Aufsatz zum Schutz der Gesundheit in den Schulen abdrucken lassen, in welchem er die Ausbildung des jugendlichen Geistes und Körpers, wie sie nach seiner Voraussetzung gegenwärtig in den meisten deutschen Gymnasien betrieben wird, vom Standpunkt der Medizin betrachtet. In dieser Beziehung glaubt der p. *Lorinser* als Ergebniss einer unbefangenen Beobachtung annehmen zu können, dass es im Allgemeinen mit der Gesundheit der Schüler in den Gymnasien misslicher als jemals bestellt, die jetzige Unterrichtsweise wegen der Vielheit der Unterrichtsgegenstände, der Unterrichtsstunden und der häuslichen Aufgaben zur Entwicklung oder Hervorbringung von Krankheitsanlagen sehr geeignet und dass es meistens schwer und oft unmöglich sei, bei diesem Systeme des öffentlichen Unterrichts eine normale und kräftige Ausbildung des Körpers zu erzielen. Um den eigentlichen Grund des von dem p. *Lorinser* behaupteten Uebels zu beseitigen, erachtet er für nothwendig, dass das Sitzen der Schüler in den Gymnasien abgekürzt und die Menge der Unterrichtsgegenstände, der Lehrstunden und häuslichen Arbeiten beträchtlich vermindert werde. Se. Majestät der König haben von diesem Aufsatze des p. *Lorinser* Kenntniss zu nehmen und zu befehlen geruht, Allerhöchstdenenselben über die von dem p. *Lorinser* gegen die jetzige Unterrichtsweise in den Gymnasien erhobenen Bedenken nähern Vortrag zu halten und Vorschläge zu machen, wie dem Uebelstande, wenn er wirklich vorhanden sein sollte, zu begegnen sein möchte. Um diesem Allerhöchsten Befehle Sr. Majestät des Königs auf eine erschöpfende und der Wichtigkeit des Gegenstandes entsprechende Weise nachkommen zu können, wird auch dem Verfasser dieser Nachrichten auf Veranlassung des Königl. Ministeriums der geistlichen etc. Angelegenheiten ein Exemplar von dem fraglichen Aufsatze des p. *Lorinser* mit der Aufforderung zufertigt, über die in demselben gegen die jetzige Unterrichtsweise in den Gymnasien erhobenen Anklagepunkte nicht allein sein eigenes, sondern auch des Lehrer-Collegiums Gutachten dem Königl. Provinzial-Schul-Collegium einzureichen,

Königsberg, den 7. April 1836.



Auf den Antrag des Herrn Staats-Ministers und General-Postmeisters Herrn v. Nagler, Excellenz sollen in den Abgangs-Zeugnissen, welche den sich um eine Anstellung im Postfache bewerbenden Schülern des Gymnasiums ertheilt werden, die einzelnen Unterrichtsgegenstände, so wie der Grad der Kenntnisse, den sich die betreffenden Schüler in selbigen erworben haben, speziell und genau angegeben werden.

Königsberg, den 1. Juni 1836.

Nach einer Mittheilung des Königl. Provinzial-Schul-Collegiums hat das Königl. Ministerium die Resultate der zweiten Conferenz der Directoren der Ost- und Westpreussischen Gymnasien beifällig aufgenommen und Veranlassung genommen, eine neue Conferenz der Gymnasial-Directoren der Provinz Preussen für das Jahr 1837 zu genehmigen und die Mittel dazu zu bewilligen. Dieselbe wird im Juli k. J. in Königsberg stattfinden.

Königsberg, den 1. Juni 1836.

Das Königl. Ministerium bewilligte dem Lehrer-Collegio eine Remuneration von 400 Rthl. Empfohlen wurden die Schriften: Plan, wie Peter Schmidt's Zeichnen-Methode in allen Schulen mit Erfolg und fast ohne Umstände einzuführen ist, und Archiv für Naturgeschichte vom Prof. Dr. Wiegmann. Berlin, in der Nicolai'schen Buchhandlung.

---

## C h r o n i k.

---

Den 10. September wurde das Schuljahr in der Gymnasial-Kirche durch ein Hochamt, vor welchem das *Veni creator* gesungen wurde, feierlich eröffnet.

Darauf versammelten sich Lehrer und Schüler im Gymnasium, wo der Director den Schülern die Schulgesetze und Verordnungen vorlas und sie zum regen Fleisse und zum beständigen Wohlverhalten ermahnte.

In diesem Schuljahre wurden folgende Primaner unter dem Vorsitze des Königl. Geh. Regierungs-Raths, Ritters etc., Herrn Dr. *Jachmann* geprüft und erhielten das Zeugniß der Reife:

a. zu Michaeli v. J.

- 1) *Albert Woldemar Junker*, 16 Jahr alt, katholischer Confession, war 10 Jahr Schüler des Gymnasiums, davon 2 Jahr in Prima, und ging nach Königsberg, um die Staatswissenschaften zu studiren.
- 2) *Bartholomaeus Kosiedowski*, 21 Jahr alt, katholischer Confession, war 10 Jahr auf dem hiesigen Gymnasium, davon 2 Jahr in Prima, und ging nach Pelplin ins Priester-Seminarium.
- 3) *Anton Drazkowski*, 25 Jahr alt, katholischer Confession, war 10 Jahr auf dem hiesigen Gymnasium, davon 2 Jahr in Prima, und ging nach Pelplin ins Priester-Seminarium.
- 4) *Mathaeus Behrendt*, 24 Jahr alt, katholischer Confession, war 11 Jahr auf dem hiesigen Gymnasium, davon 2 Jahr in Prima, und ging nach Pelplin ins Priester-Seminarium.

b. Zu Ostern wurden 7 geprüft, aber nur folgende zwei mit dem Zeugnisse der Reife entlassen:

- 5) *Emil Bandau*, 20 Jahr alt, evangelischer Confession, war 10 Jahr auf den Gymnasien in Marienwerder und hier, an 2 Jahr in Prima und studirt in Breslau die Rechte.
- 6) *Hermann von Czudnochowski*, evangelisch, 21 Jahr alt, besuchte die Gymnasien

in Marienwerder, Braunsberg und das hiesige, war anderthalb Jahr in Prima und studirt in Königsberg Medizin.

Zur bevorstehenden Abiturienten-Prüfung haben sich 13 gemeldet.

In diesem Schuljahre starb ein Schüler, *Reinhold Zimmer* aus Tertia, bei seinen Eltern. Mehrere Lehrer waren eine kurze Zeit verhindert, ihr Schulamt zu versehen, Vier Schüler wurden entfernt.

---

### Stand der Lehrmittel und Unterstützungen.

---

Der Schüler *Friedrich von Greiffenberg* wird durch Se. Königl. Hoheit, unsern gnädigsten Kronprinzen unterhalten.

Die Gymnasial-Bibliothek ist ausser der Bereicherung, die sie durch Verwendung der etatsmässigen Summe erhalten hat, noch durch folgende werthvolle Geschenke vermehrt worden:

Vom hohen Ministerio der geistlichen, Unterrichts- und Medizinal-Angelegenheiten

Handbuch der Naturgeschichte der Vögel Europa's. Erste Hälfte — von Dr. *Gloger* in Breslau.

Karte von Latium von *Eduard Wiebel* in Berlin.

Schriftenkunde der Wappenwissenschaft, dritter Theil von dem Prof. Dr. *Berndt* in Bonn.

Suidae lexicon ed. Bernhardy Vol. I. fasc. 2. und Vol. II. fasc. 1.

Reise um die Erde von Dr. *Adolph Erman*, zweite Abtheilung des ersten

Bandes, nebst einem Verzeichnisse von Thieren und Pflanzen, welche auf dieser Reise gesammelt wurden.

Flora regni Borussici von Dr. *A. Dietrich*. Dritter Band.

Encyclopädisches Wörterbuch der medizinischen Wissenschaften. Band 13.

Durch das Königl. Provinzial-Schul-Collegium erhält das Archiv des Gymnasiums das Protocoll der Westphälischen Directoren-Conferenz vom Jahre 1832 nebst der dazu gehörigen Verfügung des Königl. Provinzial-Schul-Collegiums zu Münster vom 5. Juni 1833.

Von der Enslin'schen Buchhandlung:

*Gruson, Dr. J. P.*, (Hofrath, Prof.) Auflösungen der in M. Hirsch's Sammlung von Beispielen (4te Ausgabe) enthaltenen Gleichungen und Aufgaben. Zum Selbstunterricht bestimmt.

*Schubart, Fr.* (Director), Vorschule der Geschichte Europa's durch eine Erzählung in geographisch-chronologischer Verknüpfung mit einleitender Uebersicht der asiatischen Geschichte.

Aus dem Ertrage der Subscription auf die Gebauer'schen Kupferstiche und Lithographien wurde das Lehmann'sche Lesebuch und Gesenius hebräische Grammatik in je drei Exemplaren und das hebräische Lesebuch angeschafft.

Ausserdem hat das hohe Ministerium der Bibliothek noch einen ausserordentlichen Zuschuss von 181 Rthl. 27 Sgr. 6 Pf. aus den eingegangenen Schulgeldern gnädigst bewilligt; dafür wurde unter andern ein Planetarium und ein Tellurium von dem Stadtuhrmacher Hoffmann in Brieg angeschafft, welche astronomische Instrumente von guter Arbeit sind und zweckmässig erscheinen.

Des Hochwürdigsten Herrn Diöcesan-Bischofs Gnaden erwiesen sich wohlthätig gegen einen Schüler des Gymnasiums, wie ich zufällig erfuhr.

Die Secundaner *Joseph v. Pruszk* und *Robert Oldenburg* erhalten aus disponibeln Fonds des Bischöfl. Stuhls zu Culm eine jährliche Unterstützung im Gesamtbetrage von 96 Rthl.

Zur Grundlage einer Münzsammlung wurden mehrere Exemplare von Münzen theils von Schülern, theils von andern Gönnern wohlwollend übergeben.

Es geniessen auch einzelne Schüler Freitische bei hiesigen Wohlthätern, auch fehlt es nicht an unentgeltlichem ärztlichen Beistande, wenn unbemittelte Schüler erkranken.

Die vom Oberlehrer *Lindemann* geleitete Schülerbibliothek der beiden obern Classen erhielt durch das Königl. Provinzial-Schul-Collegium 12 Exemplare alt-deutscher Sprachproben etc. von Dr. *Brillowski*.

Der Oberlehrer *Lindemann* schenkte derselben:

Pfarrer *Trostheim* und seine Freunde,  
und der Primaner *Riedel*:

Körner's sämtliche Werke.

Der Religionslehrer *Thamm* unterstützte Schüler aller Classen mit guten Lesebüchern.

Alle diese und andere unbekannt gebliebene Wohlthaten möge Gott reichlich vergelten!

---

## Nachrichten und Wünsche.

---

Das neue Schuljahr beginnt den 12. September. Daher ersuche ich die Eltern und Vormünder, die neu aufzunehmenden Schüler mir noch vor Eröffnung der Schule zur Prüfung zu stellen.

Es wird gewünscht, dass die Eltern und Vormünder in Entrichtung des Schulgeldes an die Gymnasial-Casse mehr Pünktlichkeit beobachten und dass sie ihre Söhne und Mündel pünktlich nach Ablauf der Ferien zur Schule schicken und ausserdem dieselben niemals anders als aus sehr erheblichen Gründen von der Schule abhalten.

---



# U e b e r s i c h t der öffentlichen Prüfung

*Am 1. August.*

Vormittags von 8 — 12 und Nachmittags von 2 — 4.

- 1) Gesang.
- 2) Religion der Evangelischen V. Herr Rector *Kroll*.
- 3) Deutsch VI. und VII. Herr *Ossowski*.
- 4) Latein VI. Herr *Kattner*.
- 5) Rechnen V. Herr *Rehaag*.
- 6) Latein V. Herr *Kattner*.
- 7) Griechisch IV. Herr Oberlehrer *Dziadek*.
- 8) Geographie IV. Herr *Nieberding*.
- 9) Religion der Katholiken III. Herr *Thamm*.
- 10) Curtius III. Herr Oberlehrer *Junker*.
- 11) Mathematik III. Herr *Rehaag*.
- 12) Geschichte III. Herr Oberlehrer *Junker*.

*Am 2. August*

Vormittags von 8 — 12.

- 13) Religion der Katholiken II. Herr *Thamm*.
- Religion der Evangelischen II. Herr Pfarrer *Annecke*.
- 14) Französisch II. Herr *Kattner*.
- 15) Physik II. Herr *Rehaag*.

- 16) Plutarch II. Herr *Nieberding*.
- 17) Geschichte II. Herr Oberlehrer *Lindemann*.
- 18) Horaz I. Herr Oberlehrer *Dziadek*.
- 19) Mathematik I. Der Director.
- 20) Deutsche Literaturgeschichte in I. Herr Oberlehrer *Lindemann*.

Probescriften und Zeichnungen werden vorgelegt.

Den 3. August feiert das Gymnasium früh um 8 Uhr das Geburtsfest unseres erhabenen und höchst verehrten Königs und Landesvaters *Friedrich Wilhelms III.* mit Gesang und Vortragsübungen, worauf eine kurze Rede des Directors folgt und die Versetzung der Schüler. Ein feierlicher Gottesdienst in der Gymnasialkirche beschliesst die Feier und zugleich das Schuljahr.

